

Capitolo VI

La IV declinazione

41. Nomi maschili e femminili.

<i>Manūs manum lavat</i> (SEN.)	Una mano lava l'altra
<i>Habebat in minimo digito sinistrae manūs anulum grandem</i> (PETR.)	Aveva nel mignolo della mano sinistra un grande anello
<i>Praefui validissimae manui</i> (APUL.)	Fui a capo di una fortissima schiera
<i>O lecta manus, incumbite remis</i> (VERG.)	O scelta schiera, fate forza sui remi
<i>Haec sunt in nostra manu</i> (CIC.)	Queste cose sono in mano nostra
<i>Vincula sunt manūs mulieris</i> (VULG.)	Lacci sono le mani della don- na
<i>Accipe dona manuum monimen- ta mearum</i> (VERG.)	Ricevi i doni ricordo delle mie mani
<i>Date aquam manibus</i> (PLAUT.)	Date acqua alle mani
<i>Habent gallinae manūs?</i> (PLAUT.)	Le galline hanno mani?
<i>Pectus, o miserae manūs, pulsate</i> (SEN.)	O misere mani, battete il pet- to
<i>Manibus date lilia plenis</i> (VERG.)	Date gigli a piene mani

Isolando, come finora si è fatto, le desinenze del sostantivo *manus* (f.), « mano, schiera », usato in tutti i casi sia al singolare che al plurale, risulterà il seguente specchietto:

Caso	Singolare	Plurale
Nominativo	- <i>ūs</i>	- <i>ūs</i>
Genitivo	- <i>ūs</i>	- <i>ūm</i>
Dativo	- <i>ui</i>	- <i>ibūs</i>
Accusativo	- <i>ūm</i>	- <i>ūs</i>
Vocativo	- <i>ūs</i>	- <i>ūs</i>
Ablativo	- <i>ū</i>	- <i>ibūs</i>

La declinazione del sostantivo *manus* sarà pertanto la seguente:

Caso	Singolare	Plurale
Nominativo	<i>man-ūs</i>	<i>man-ūs</i>
Genitivo	<i>man-ūs</i>	<i>man-ūm</i>
Dativo	<i>man-ui</i>	<i>man-ibūs</i>
Accusativo	<i>man-ūm</i>	<i>man-ūs</i>
Vocativo	<i>man-ūs</i>	<i>man-ūs</i>
Ablativo	<i>man-ū</i>	<i>man-ibūs</i>

2. Nomi neutri

Alla IV declinazione appartengono sostantivi maschili e femminili, che presentano la medesima flessione, e alcuni neutri, di cui diamo lo specchietto delle desinenze:

Caso	Singolare	Plurale
Nominativo	- <i>ū</i>	- <i>uā</i>
Genitivo	- <i>ūs</i>	- <i>uūm</i>
Dativo	- <i>ū</i>	- <i>ibūs</i>
Accusativo	- <i>ū</i>	- <i>uā</i>
Vocativo	- <i>ū</i>	- <i>uā</i>
Ablativo	- <i>ū</i>	- <i>ibūs</i>

La IV declinazione. § 42. Nomi neutri / p. 85

Il sostantivo **cornu**, « il corno », presenterà quindi la seguente flessione:

Caso	Singolare	Plurale
Nominativo	<i>corn-ū</i>	<i>corn-uă</i>
Genitivo	<i>corn-ūs</i>	<i>corn-uŭm</i>
Dativo	<i>corn-ū</i>	<i>corn-ībŭs</i>
Accusativo	<i>corn-ū</i>	<i>corn-uă</i>
Vocativo	<i>corn-ū</i>	<i>corn-uă</i>
Ablativo	<i>corn-ū</i>	<i>corn-ībŭs</i>

Osservazioni

a) Pochi sono i sostantivi di genere femminile (v. § 19 b, n.): *anus*, « la vecchia »; *nurus*, « la nuora »; *socrus*, « la suocera »; *acus*, « l'ago »; *manus*; *porticus*, « il portico »; *tribus*, « la tribù »; *Idūs*, « le idi (il 13 o il 15 del mese, v. § 61 a) »; alcuni nomi di pianta, *quercus*, « la quercia », ecc. e il sostantivo *domus* (v. § 43).

b) Come risulta dagli specchietti, il nomin. e il vocat. sing. dei nomi masch. e femm. presentano forma identica (*manŭs*); lo stesso si dica per il genit. sing., nomin. e vocat. plur. (*manŭs*) e per il dat. e ablat. plur. (*manībŭs*).

c) Pochissimi sono i nomi neutri. Quelli di uso più frequente sono: *cornu*; *genu*, « il ginocchio »; *veru*, « lo spiedo ». Per quanto riguarda la declinazione, al singolare tutti i casi sono identici nella forma (*cornū*) ad eccezione del genitivo (*cornŭs*); al plurale vi è identità di forme nel nomin. accus. e vocat. (*cornuă*) e nel dat. e ablat. (*cornībŭs*).

d) Il sostantivo *domus* ha conservato l'antico caso locativo *domi*, « in casa, in patria » (v. § 15 c; § 19 e).

Forme abnormi

a) Abbastanza frequente in poesia l'uso del dativo sing. in *-ū* invece di *-uī*: *cursū*, « alla corsa »; *metū*, « al timore » (VERG.). Molto più raro in prosa: *sumptū*, « al costo » (CIC.). Inversamente è attestato anche un dativo sing. in *-uī* per i neutri.

b) Nel genit. plur. accanto alla forma in *-uŭm* s'incontra in poesia la forma in *-um*: *passum*, « dei passi » (PLAUT.); *currum*, « dei carri » (VERG.).

→ C) I sostantivi *arcus* (m.), « l'arco »; *artus* (m.), « l'arto »; *partus* (m.), « il parto »; *lacus* (m.), « il lago »; *specus* (m.), « la grotta »; *tribus* (f.), « la tribù » hanno il dat. e l'ablat. plur. in *-ūbus* anziché in *-ibus*.

[[Nota. La *-ū-* di *ūbus* è la regolare vocale tematica, avendo i sostantivi della IV il tema in *-u-* (v. § 13, n.). La *-i-* di *-ibus* è dovuta all'apofonia (v. § 7 e, n.). Vi è oscillazione tra le due forme.]]

d) Il nomin. sing. in *-ūs*, comune alla II e alla IV declinazione, ha causato contatti e confusioni tra le due flessioni:

→ I) nel genit. sing. arcaico in *-ī* dei nomi maschili: *senatī* (soprattutto in formule), *tumultī* (Plaut., Sall.), ecc.;

→ II) Nella flessione mista di alcuni sostantivi femminili, di cui i più comuni sono:

A) *colus*, « la conocchia »;

B) i nomi d'albero come: *cupressus*, « il cipresso »; *fagus*, « il faggio »; *pinus*, « il pino »; *quercus*, « la quercia », ecc. (si controllino le forme su un buon vocabolario dal latino);

→ C) *domus*, « la casa »⁽¹⁾, che è il più importante di tutti e di cui diamo lo specchietto delle forme:

Caso	Singolare	Plurale
Nominativo	<i>dom-ūs</i>	<i>dom-ūs</i>
Genitivo	<i>dom-ūs</i>	<i>dom-uūm</i> (<i>dom-ōrūm</i>)
Dativo	<i>dom-uī</i>	<i>dom-ībūs</i>
Accusativo	<i>dom-ūm</i>	<i>dom-ūs</i> (<i>dom-ōs</i>)
Vocativo	<i>dom-ūs</i>	<i>dom-ūs</i>
Ablativo	<i>dom-ō</i> (<i>dom-ū</i>)	<i>dom-ībūs</i>

Per il locativo *domī*, v. § 42 d.

[[Nota. Rari e arcaici il genit. *domī* e il dativo *domō*.]]

→ e) Molti astratti verbali della IV sono usati solo e prevalentemente all'ablat. sing.: *admonitū*, « per consiglio »; *iussū*, « per comando »; *rogatū*, « a richiesta »; *nātū*, « di nascita » (per es. *maior natu*, « di età maggiore »), ecc.

[[Nota. Originari ablat. sing. di temi in *-u-* sono i supini passivi, come si vedrà a suo luogo, v. § 76 b, n.]]

(1) Conservato, con passaggio di genere, nell'italiano « duomo », la casa di Dio. L'italiano « casa » viene dal lat. *casa*, « capanna ».

Esercizio 51

(§§ 41-43)

maschili

adventus, -ūs, «l'arrivo»
equitatus, -ūs, «la cavalleria»
exercitus, -ūs, «l'esercito»
fructus, -ūs, «il frutto»
magistratus, -ūs, «la magistratura, il magistrato»
peditatus, -ūs, «la fanteria»
senatus, -ūs, «il senato»

femminili

anus, -ūs, «la vecchia»
domus, -ūs, «la casa»
manus, -ūs, «la mano, la schiera»

neutri

gelū, -ūs, «il gelo»
genū, -ūs, «il ginocchio»

- a) Tradurre in italiano le seguenti forme latine, indicando il caso o i casi da esse espresse:

adventum, equitatui, fructuum, magistratibus, exercitu, senatūs, anui, manuum, domos, gelu, genua, exercitibus, magistratui, peditatum, domuum, senatum, domorum.

- b) Tradurre in latino le seguenti forme italiane, indicando il corrispondente caso e numero:

dell'arrivo, la cavalleria (ogg.), gli eserciti (sogg.), dei frutti, o magistrato, alla fanteria, del senato, la vecchia (ogg.), con le schiere, in casa, del gelo, le ginocchia (sogg.), con la cavalleria, agli eserciti, delle case, il gelo (ogg.), le case (ogg.).

- c) Declinare per intero le seguenti espressioni:

gravis ictus (m.), «un grave colpo»
magna porticus (f.), «un grande portico»
genu aegrotum (n.), «un ginocchio malato»

Esercizio 53

(§ 41)

1. *Miseriarum portus est sapientia* (PUBL. SYR.). – 2. *Scorpiones manus palmam non feriunt* (PLIN. SEN.). – 3. *Ex fructu arbor agnoscitur* (si conosce) (VULG.). – 4. *In calamitoso risus etiam iniuria est* (PUBL. SYR.). – 5. *Non exercitus neque thesauri praesidia sunt regni* (SALL.). – 6. *Carmen nondum recēpit ultimam manum* (SEN.). – 7. *Plena erant omnia timoris et luctus* (CAES.). – 8. *Provinciae legationes Caesaris adventum exspectabant* (CAES.). – 9. *Vir bonus et prudens versus reprehendet inertes* (fiacchi) (HOR.). – 10. *Loci natura et munitio castrorum aditum prohibebant* (CAES.).

Esercizio 54

(§ 41)

1. L'animo (*mens*) trepida per la recente paura (ablat. sempl.). – 2. Breve è il corso della vita, eterno (quello) della gloria. – 3. Un fresco venticello (*halitus*, -ūs) mitiga l'atmosfera (usa *aura*, -ae al plur.) estiva. – 4. La cavalleria di Cesare dava (*facio*, -is) inizio alla fuga. – 5. Attingete (*sumo*, -is) l'acqua della fonte con mani pure. – 6. Curione ricondusse l'esercito nell'accampamento. – 7. Il lupo attacca (*peto*, -is) coi denti, il toro con le corna. – 8. Lucio Quinzio Cincinnato coltivava il campo con le sue mani. – 9. La piccola vipera uccide col morso il grande toro. – 10. I flutti trascinano fango, sabbia e grandi massi.

Esercizio 55

(§§ 41-43)

1. *Usus magister est optimus* (CIC.). – 2. *Assuesce, manus, stringere ferrum* (SEN.). – 3. *Paratae lacrimae insidias, non fletum indicant* (PUBL. SYR.). – 4. *Pugiles immiscent manus manibus* (VERG.). – 5. *Mures incolae domuum sunt* (PLIN. SEN.). – 6. *Dardanidae turres ac tecta domorum convellunt* (VERG.). – 7. *Tota mente atque omnibus artibus contremisco* (CIC.). – 8. *Una* (insieme) *semper militiae et domi fuimus* (TER.). – 9. *Cn. Octavianus praeclaram aedificavit in Palatio et plenam dignitatis domum* (CIC.). – 10. *Mox Hannibal metu* (per...) *consulum cum exercitu venientium* (che arrivavano) *ad Campaniam se recēpit* (ritirarsi) (EUTR.).

3. Le imprese militari dell'imperatore Augusto

Augustus Romano adiēcit imperio Aegyptum, Cantabriam, Dalmatiam, Pannoniam, Aquitaniam, Illyricum, Raetiam, Vindelicos et Salassos in Alpibus, omnes Ponti maritimas civitates. Vicit autem multis proeliis Dacos, Germanorum ingentes copias cecidit, ipsos (li) quoque trans Albim fluvium summōvit, qui (che) in barbarico (agro) longe ultra Rhenum est. Hoc (questa) tamen bellum per (per mezzo di) Drusum, privignum suum, administravit, sicut (così come) per Tiberium, privignum alterum (l'altro), Pannonicum (sott. bellum administravit). Captivos ex Germania transtulit (trasferì) et supra ripam Rheni in Gallia collocavit. Armeniam a Parthis recēpit. Obsides Persae ei (gli) dederunt. Reddiderunt etiam signa Romana quae (che) Crasso ademērant.

(da EUTROPIO)

Quarta declinazione

A) Esercizio di traduzione dal latino

① Fructus nondum maturus erat. ② Fructus sapor asper erat. ③ Arboris fructus nondum maturi erant. ④ Fructuum saporis varii sunt. ⑤ Dexterum exercitus cornu strenue pugnavit. ⑥ Dexter cornus virtus mira fuit. ⑦ Dextero cornu Numidae oppositi erant. ⑧ Cervis cornua ramosa sunt. ⑨ Venatores aprum petiverunt arcibus et veribus armati. ⑩ Multae Italiae regiones lacubus et fluminibus notae sunt.

B) Esercizio di traduzione dall'italiano

① Il timore (usa *metus*) fu grande ma breve. ② Il ricordo del timore sarà duraturo. ③ I nostri timori risultarono vani. ④ Serberemo a lungo il ricordo dei grandi timori. ⑤ Il mio ginocchio è infermo e vacillante. ⑥ Sosterremo le ginocchia inferme e vacillanti con robusti bastoni. ⑦ Il nonno è infermo nel ginocchio destro (abl. semplice: complemento di...?). ⑧ La lupa era sfinita per la fame e per i parti. ⑨ Le fiere hanno i covili nelle spelonche. ⑩ Riposeremo placidamente sotto le ombrose querce.

Ricorda le seguenti espressioni:

<i>senatus consensu</i>	col consenso del senato
<i>senatus iussu</i>	per comando del senato
<i>senatus iniussu</i>	senza ordine/autorizzazione del senato
<i>rogatu consulis</i>	per preghiera del console
<i>ductu consulis</i>	sotto la guida del console
<i>impulsu consulis</i>	per esortazione del console
<i>postulatu consulis</i>	per richiesta del console
<i>hortatu consulis</i>	per esortazione del console
<i>maior, minor natu</i>	(il) maggiore, (il) minore di età (fra due)
<i>maximus, minimus natu</i>	il maggiore, il minore di età (fra più di due)

93. Mucius Scaevola

Porsena, Etruscorum rex, ingenti exercitu¹ Romam obsidione clauserat. Non timor hostium, sed victus inopia Romanos vexabat: nam Etrusci omnes aditus obstruebant et commeatus² ingressum impediabant. Tunc C. Mucius, nobilis iuvenis, senatus consensu³ per castra hostium mutato habitu⁴ in regis tabernaculum penetravit. Hic tamen, ob errorem vestitus et ornatus, ferme paris,⁵ ictu siccae scribam pro rege⁶ necavit. Iuvenis Romanus doluit⁷ infelicem exitum conatus, sed iram trucesque hostium vultus non reformidavit: in conspectu Porsenae ostentavit contemptionem cruciatuum et mortis: nam posuit dexteram manum super focum tenuitque⁸ vultu constanti donec flammae totam cremaverunt. Tum Porsena, admiratione⁹ impulsus, iuvenem dimisit et ab oppugnatione destitit.

¹ **ingenti exercitu:** con termini militari come *exercitus*, *legio*, *navis*, ecc. i complementi di compagnia e di unione si possono rendere anche col semplice ablativo. ² **commeatus:** genitivo. ³ **senatus consensu:** «col consenso del senato». ⁴ **mutato habitu:** «con veste mutata». ⁵ **paris:** genitivo, concordato con *vestitus* e *ornatus*. ⁶ **pro rege:** «al posto del re». ⁷ **doluit:** «si addolorò per»; *doleo* è uno dei *verba affectuum* che reggono, di preferenza, l'accusativo semplice. ⁸ **tenuitque:** «e ve la tenne» (cioè la destra sul braciere). ⁹ **admiratione:** complemento di causa efficiente, retto dal participio *impulsus* («spinto da»).

94. Lucius Quinctius Cincinnatus

Aequi Romanorum exercitum obsidebant et Roma in magno metu erat. Tum senatores omnium consensu dictatorem¹ creaverunt et exercitui praefecerunt² L. Quinctium Cincinnatum, virum clarum simplicitate morum et patriae amore. Nuntii Cincinnatum in praedio trans Tiberim invenerunt, agrum viribus³ suis colentem. Senatus iussu⁴ Cincinnatus imperium assumpsit; tum demum virtus legionum refulsit et exitus belli mutavit.⁵ Ita brevi tempore Cincinnatus Aequos fugavit et in Urbem revertit. Populus decrevit dictatori magnificum triumphum sed Cincinnatus, imperii signa deponens, remeavit in agrum vixitque in magna egestate usque ad extremum vitae tempus.

¹ **dictatorem:** predicativo (quindi traduci senza articolo). ² **exercitui praefecerunt:** «misero a capo dell'esercito»; il verbo *praeficio* regge il dativo. ³ **viribus:** da *vir* o da *vis*? ⁴ **Senatus iussu:** «Per ordine del senato». ⁵ **mutavit:** usato con valore intransitivo.

95. Romulus Fidenates dolo vincit

Romulus urbem condiderat, adventu finitimorum et raptu Sabinarum civium numerum amplificaverat, novas domos aedificaverat, senatum creaverat, agrorum fructibus commoda auxerat, metum omnibus hostibus incusserat: iam Romae cum valida munimenta, tum fama domi bellique magna reverentia digna erat.¹ Improviso autem Fidenates agrum Romanum invaserunt atque primo impetu multa loca occupaverunt. Statim Romulus ex

urbe omnes copias eduxit et contra hostes iter facere properavit. Postquam exercitus² partem in situ insidiis apto collocavit, ipse³ cum reliqua parte copiarum et toto equitatu contra hostes processit; deinde, fugam simulans, hostes ad insidiarum locum traxit. Subito⁴ pedites Romani ex insidiis evōlant, dum equitatus cornua hostium latera petunt: ita Romani hostes undique circumdant. Fidenates arcubus et verubus acriter pugnant, sed ictuum multitudinem non tolerant; sic, post breve proelium, terga vertunt et in fuga salutem ponunt.

¹ iam... erat: ordina e interpreta: iam Romae (dativo di possesso) erant cum («non solo») valida munimenta, tum («ma anche») fama digna («degnà di») magna reverentia domi bellicae, nel testo il verbo è al singolare perché concordato col soggetto più vicino (fama); osserva pure che l'aggettivo dignus regge l'ablativo (complemento di limitazione). ² exercitus: genitivo. ³ ipse: «egli stesso». ⁴ Subito: «Improvvisamente», «All'improvviso»; «subito» si dice, invece, statim.

96. De pugna ad lacum Trasumenum (I)

Hannibal cum omnibus copiis ex hibernis¹ per Etruriam ad lacum Trasumenum pervenerat et urbes agrosque ferro ignique vastaverat. Inter lacum et colles via angusta est, ultra² campus patescit. Carthaginensium dux castra posuit ibi loco aperto:³ milites levis armaturae post montes collocavit, equitatum in insidiis ad saltus⁴ fauces occultavit. Romanorum quoque exercitus, ductu⁵ consulis Flamini, ad lacum pervenit, angustias superavit, castra et copias in patenti campo conspexit, contra hostes processit. Forte⁶ e lacu densa nebula surrexit et omnia loca contexit. Itaque consul Carthaginensium insidias post terga et supra caput impendentes non animadvertit: peditatus et equitatus Hannibalis, montes et lacus Trasumenus Romanos undique claudabant.

¹ ex hibernis: «dall'accampamento invernale». ² ultra: avverbio. ³ loco aperto: stato in luogo, di norma reso con l'ablativo semplice quando locus è accompagnato da un aggettivo. ⁴ saltus: genitivo. ⁵ ductu: «sotto la guida». ⁶ Forte: avverbio.

97. De pugna ad lacum Trasumenum (II)

Hannibal repente omnibus signum pugnae dat, et universi Carthaginenses in Romanos undique impetum faciunt.¹ Itaque Romani hostes² habent in fronte, in sinistro cornu, post terga; montes et lacum in dextero cornu; prae strepitu,³ consulis et tribunorum imperia non audiunt. Praeterea densa caligo eripit visum et prope armorum usum. Omnes ad pugnam animos intentos habebant. Tum enim terrificus terrae motus⁴ prostravit magnas partes multarum urbium totius Italiae avertitque cursu⁵ rapidos amnes, proruit montes lapsu ingenti; at pugnantes⁶ neque senserunt, neque ceperunt: tantus⁷ fuit ardor copiarum concurrentium. In tam atroci tumultu

«gonfia di», con l'ablativo di abbondanza. ³ grege: «stormo». ⁴ fugant: «mettono in fuga»; osserva la differenza tra *fugo*, -as e *fugio*, -is. ⁵ qui: «coloro che».

80. Marius Cimbros et Teutonos profligat

Cimbri et Teutoni, ex Germania in Galliam et in Italiam venientes, funestas clades populo Romano paraverunt. Romani igitur, magnopere de salute sua¹ et de incolumitate Urbis² metuentes, Gaium Marium, hominem humilis originis sed magni ingenii, contra barbarorum incursiones cum consularibus copiis miserunt. Marius Teutonos apud Aquas Sextias trans Alpes in provincia Gallica devicit, mox Cimbros apud Vercellas in Padana regione profligavit et populum Romanum a terrore liberavit. Nam Germanorum gentes post immanem stragem apud Vercellas acceptam non amplius³ in Etruriam descenderunt nec Urbi appropinquaverunt, sed memores virtutis Romanorum Alpes rursus superaverunt et cum reliquiis copiarum in Germaniam reverterunt. Ideo cives, ob tanta beneficia grati, Mario ad Urbem revertenti cum militibus victoribus ingentes honores et splendidum triumphum decreverunt.

¹ sua: «loro»; riferito al soggetto *Romani*, ma grammaticalmente concordato con *salute*.

² Urbis: «Roma», la città per eccellenza (di solito, in questo senso, con l'iniziale maiuscola). ³ non amplius: «non... più», col verbo interposto.

81. La volpe e l'aquila

Un'aquila rapì i cuccioli di una volpe e (li) portò come cibo ai suoi piccoli su un alto albero. La madre dei cuccioli, pregando con parole supplichevoli, chiedeva la restituzione dei piccoli ma l'aquila, ritenendo sicuro il (suo) rifugio, dispregiò le preghiere della misera madre. Allora la volpe si avvicinò all'albero con una fiaccola ardente e finalmente l'aquila, per paura dell'incendio, restituì sani e salvi i cuccioli alla volpe, implorando il perdono; così anche i piccoli del rapace rimasero incolumi.

Dativo di possesso

A) Esercizio di traduzione dal latino

- [1] Discipulis multi libri sunt. [2] Iovi magna auctoritas est. [3] Neptuno aquarum imperium erat. [4] Superis in Olympo sedes erat. [5] Polyphemo unus oculus in fronte erat. [6] Romulo et civibus uxores non erant. [7] Germanis nulla divitiarum cupiditas erat. [8] Mario strenui milites

fuerunt. [9] Alexandro fuerat magister (compl. predicativo) Aristoteles.
[10] Tribuno nomen est Marco.

B) Esercizio di traduzione dall'italiano

[1] Livia ha molte amiche. [2] Gli atleti hanno desiderio di vittoria. [3] Il vincitore ebbe il premio promesso. [4] Gli Sciti non avevano dimore fisse.
[5] Così ebbe inizio la guerra troiana. [6] Il vecchio aveva un enorme fascio di legna. [7] Il vecchio aveva desiderio di riposo, ma non (di quello) eterno.
[8] Tutti hanno timore della morte. [9] Presto avrete una bella notizia. [10] Il censore si chiamava Catone.

Invece del **dativo di possesso**, per indicare **possessi materiali** (ville, terreni, ecc.) si usa regolarmente il verbo *habere* (o *possidere*):

Crassus innumeras villas habet.

Crasso possiede numerosissime ville.

Per esprimere invece **qualità morali e intellettuali**, al dativo di possesso si preferisce l'uso di *insum* (o *sum*) con *in* e l'ablativo, oppure il semplice **ablativo di qualità**:

In Caesare magna clementia erat.

Cesare aveva una grande clemenza.

Cato singularem fuit industria.

Catone ebbe una straordinaria operosità.

82. De tristi regis filio

Fortunato regi filius erat semper tristis et maestus. Ideo vates de filii aegritudine consuluit, et vates facile responsum dederunt: "Tunicam filii tui cum tunica hominis beati muta,¹ contenti sua fortuna;² tum et filius tuus beatus erit". Rex hilari animo properavit requirere per omnes terras regni sui hominem beatum, contentum sua fortuna. Recensuit multos, omnesque de fortuna interrogavit: sed nullum hominem omnino contentum invenit, nam omnes multa bona aliena desiderabant. Olim autem, dum agros peragravit, audivit iucundum carmen fortis iuvenis boves ducentis et grave aratrum regentis. Statim accessit, tunicam iuvenis felicitatis emere cupiens, sed frustra: iuvenis enim valde contentus quidem sua fortuna erat, sed tunicam nunquam possederat!

¹ **muta**: da *muto*, -as. ² **fortuna**: «condizione», «sorte»; è una *vox media*, che cioè assume senso positivo o negativo dall'aggettivo che di solito la accompagna (*secunda* o *adversa*); altri termini come questo sono *fama* («diceria»), *facinus* («azione»), *omen* («augurio», «presagio»).